

46 *f Vno tamen casu excepto.* Adde, quod non requiritur, ut constet de imbecillitate minorum, ad hoc ut valeat dicta prohibitio, ut voluit Alciat. in l. cum proponas, C. de pactis, & in consilio 135. quia Alciat. reprobatur, ut per Roland. in consil. 98. nu. 28. & 29. vol. 2. & idem Alciat. fuit tibi contrarius in consil. 622.

47 Item adde, quod necdum non potest detrahi legitima per fidei, quando pater propter minorē etatem filiorum eis prohibuisset alienationem omnium bonorum vsque ad certum tempus, sed nec etiam si prohibitio esset simplex, & perpetua dummodò delictum in minoritate, talis prohibitio valet, & tenet, ita tradit Riminald. iun. in consil. 131. num. 57. cum seq. ubi concludit, quod stante fidei commissio cum prohibitione detractionis Trebellianicæ, & de non alienando ad alterius fauorē, per fidei Trebellianicam, nec legitima detrahi non potest, si delictum in minoritate factū fuerit, max. concur. approb. test. paterni, facta per filium ad eundem hereditatem paternam: sed Gabriel. in consil. 184. num. 20. dubitat de opin. Dec. in consil. 442. hic per auctorem firmata, quod prohibitio de non alienando vsque ad certum tempus continet etiam, & legitimum tamen nihil firmat. Baiard.

g Præterea quero. )

48 Adde, si an publicatis bonis filij famil. comprehendantur legitima viuo patre, & per l. si qua pæna, ff. de his, qui sūt iui, vel alie. iuris, & Bald. in l. prima, Cod. de bon. lib. videtur, quod non tamen Card. in clement. 2. quæst. 7. de re iudic. ubi mouetur hinc inde per plura, Franc. de Curt. antiquior in consil. 59. 10. & 11. colum. Alex. in consil. 37. volum. 2. & Socin. iun. in consil. 51. vol. 1. tenent, quod non publicatur legitima, nec post obitum patris, etiam quod pater viuens legitimam filio assignasset, & tradidisset. Ruinus consilio 149. numero decimotertio, volumine tertio, vide etiam Bologn. consilio trigesimoquinto in fine, & Decianus in consilio sexagesimoquarto, numero 46. volumine tertio.

49 Item adde, quod dicta bona profectitia non veniunt in confiscatione, etiam quod filius haberet peculium profectitium cum expressa potestate donandi, & dispensandi tale peculium: Angel. & Imol. in l. si filius, ff. de damn. infect. Aufre. in addit. ad decision. Tholosan. 120. & Boss. in tit. de publ. bon. numero 71.

*men imponere, neque eius alienationem prohibere, iuxta ea, quæ dixi supra lib. 3. §. Legitima: vno tantum casu excepto, quando scilicet pater propter minorem etatem filiorum eis prohibuisset alienationem omnium bonorum vsque ad certum tempus: talis enim prohibitio non censetur onerosa ipsis filiis, sed potius fauorabilis: & ideo valet, etiam respectu legitima. Et est communis opinio, ut attestatur Decius consil. 442. numero 28. ubi in facti continuentia ita consiluit, & Boss. in tit. de bon. publ. num. 41. Et reperio, quod in indiuo in eadem causa idem consiluit Ruin. consil. 23. lib. 5. et R. min. consil. 243. Et secundum hanc opinionem. iudicari solet in nostro magistratu.*

11 Præterea quero nūquid in confiscatione bonorum filij famil. veniant etiam bona profectitia. Respondeo, quod no, & in hoc nemo dubitat, ut dicit Ruin. consil. 24. num. 5. libro 5. Hanc etiam dicit esse communem opinio. Curt. Sen. consil. 59. numer. 12. Soc. iun. in d. consil. 77. num. 6. Simancas de Hæreticis, c. 9. num. 14. Cum enim talia bona sint pleno iure patris, tam quoad proprietatem, quam quoad vsumfructum, dicuntur respectu filij esse bona aliena. Et ideo in bonorum suorum confiscatione nullo modo comprehendi possunt.

12 Sed quid in aduentitijs? Respondeo, quod nec ipsa veniunt in confiscatione bonorum secundum Bart. in l. si finita, §. si de vestigialibus, num. 12. ff. de damn. infecto, quem sequuntur committer omnes, ut

Item adde, quod in statu ecclesiastico publicatis bonis filij famil. publicatur peculium, & de eo soluitur pæna, ut per Constit. March. lib. 4. c. 18. Baiard.

i Sed quid in aduentitijs? Vide Crauet. in hoc idem tenentem consil. 39. nu. 12. alleg. cont. 66. vol. 2. Drogh.

Sed quid in aduentitijs? Farinacius ubi supra, numer. 5. Ross.

Sed quid in aduentitijs? Adde, quod in confiscatione bonorum filij famil. ob crimen læsæ maiestatis Diuinæ, & humanæ commissum, venit etiam proprietates peculij aduentitijs, saluo vsumfructu patri, ut per decisionem nonagesimamquartam, per totam.

52 Item adde, si pater filio administrationem bonorum aduentitijs commiserit, an publicatis filij bonis, publicetur etiam peculium aduentitium in præiudicium patris: & quid è conuercio, publicatis bonis patris dicatur publicatus vsumfructus sine præiudicio filij, vide Abbatem in consilio 66. volumine secundo, Duen. regul. 275. limit. 7. Roderic. in l. post rem iudicatam, numero primo, ff. de re iudic. & Boer. decisionem septima, ubi plenè num. 15. & 16. & ibi num. 13. quando filius fuit à patria potestate liberatus.

54 Item adde, si filius negotiatus fuerit nomine patris, totum lucrum est patris. Roman. in consilio 569. Crauet. consilio 163. numer. 4. Ripa in l. in quart. in nu. 157. cum pluribus sequē. ff. ad l. Falcid. & ideo publicatis bonis patris, publicatur etiam dictum lucrum, non solum quo ad fructus, sed etiam quoad proprietatem, eū fuerit acquisitum patri, quando eius nomine filius negotiatus fuerit, ut ibi per eum.

55 Item adde, quod bona aduentitia non publicantur, etiam si inter patrem, & filium fuisset factū cōpromissum, & laudatum, quod de bonis, in quibus pater haberet vsumfructum, filius possit liberè disponere. Abb. in consil. 66. vol. 1. Baiard.

56 Ceterum in illis casibus. Adde, quod Dominus Clarus, & Gigas non videntur Ruin. in consil. hic allegato, in quo totum contrarium, videlicet, quod peculium aduentitium publicatis bonis filij non venit in confiscatione bonorum, nec in illis casibus, in quibus pater non haberet vsumfructum, & in illo casu Ruin. consiluit etiam Socin. iun. in consilio septuagesimo primo, per totum, volumine 2. sed Iacob. Menoch. de recuper. possess. in 9. remedio num. 81. cum seq. videtur tenere contra.

contrarium tamen in sine dicit cogitandum esse, quia magna est Ruini auctoritas. Baiard.

1 Vers. secundo inferitur. Vulp. resp. 124. nu. 1. Ross. in Quæro etiam. Farin. d. q. 24. num. 11. & alijs sequent. Vulp. d. resp. 124. num. 2. Ross.

Quæro etiam quid in peculio Castrensi. Adde quod Crocus in repet. 51. frater à fratre col. 7. & col. 21. vers. retia conclusio, C. de cond. indeb. tenet contrarium, respondendo ad text. in d. l. tertia, C. de bon. profici. super quo fundatur opinio tenentium contrarium procedere secundum iura antiqua, secundum quæ pater occupabat bona filij iure peculij, sed hodie filius famil. in peculio Castrensi hæredem habet ab intestato, §. 1. in authen. de heret. que ab intest. deser. & per scribentes in l. infanti, C. de iur. delib. & ista opinio de iure esse veriorē, & præsertim in crim. læsæ maiestatis arbitratus est Gigas in tractatu crimin. læsæ Maiestatis lib. 2. tit. de penis, quæst. 12. Hanc opinionem etiam tenet Gomez. variat. resolution. tomo 2. de contract. num. 15. c. 15. sed Couar. in c. 8. hic allegato ad d. auth. respond. Baiard.

Quæro nunc. Farin. ubi supra num. 26. & 27. Ross.

Quæro nunc. Adde alias duas limitationes, ut per Roder. Soar. in l. post rem iudicatam notab. 13. num. 6. ff. de re iudic. folio 529.

58 Item adde, si an vsumfructus peculij profectitij, vel aduentitij confiscatis bonis patris spectet fisco, patri, vel filio, per Borgnin. Caualea. in tract. de vsumfructu relicto mulieri num. 122. cum sequent. & ibi quid de vsumfructu iuris, & an pæna dimi. nutionem perdat, ad prædicta, vide etiam Nell. in tractatu de bannit. in 1. part. 2. temp. 9. 17.

60 Item adde, quod ubi bona publicentur propter delictum patris, si ex forma statuti reseruat dimidia filijs, pater in illa parte non habebit vsumfructum, secundum Angel. in authen. idem est, C. de bonis que lib. Baiard.

o Quæro si bona. Plott. q. 30. numer. 53. & sequent. Olfasc. decil. 80. num. 17. Cap. in c. omnium, nu. 303. & seq. Menoch. de recup. possess. remed. 9. num. 67. & 80. Plaza in epit. c. 23. sub num. 11. Ross.

\*60 p Eius dos. Quid si bona mariti publicentur ex eius delicto, & vxor habeat bona mariti hypothecata pro dote cum translatione dominiij, & possessionis, an poterit illi insistere, & impedire publicationem bonorum mariti, donec ei fuerit

satisfactum? Respon. quod sic, per Roland. eius consil. 31. num. 31. lib. 1. Giab.

61 q Constante autem matrimonio. Adde, quod bonis vxoris publicatis, vestes festiue, & pretiosæ non videntur publicatæ, quia spectant ad maritum, Bart. in l. 1. §. nec castrense, ff. de collat. bonor. & Capr. in consil. 74. ubi attestatur de communi, & quod uiles dicuntur esse uxoris, & quæ sint magni, uel parui, uel magni ualoris, relinquitur arbitrio iudicis, idē Capr. consil. 135. nu. 16.

62 Item adde, quod contra uxorem damnatam sit executio in dote, uidelicet in proprietate, saluis tamen fructibus rerū dotialium, & saluis alimentis uxoris, & fororum liberorum, pro quibus omnibus sit dotis constitutio, ita not. dicit Henr. de Bouer. in suis sing. in uerbo, executio, in 1. notab. in c. c. contra uxorem, ubi al. legat iura, & præferri text. in l. si postulauerit, §. iubet lex, ff. de adult. que refert, & sequitur Bart. de Cap. super cap. regni, in c. Item statuimus, quod si fure, num. 4. fol. 249. Sed Resp. quod si delictum commissum fuerit per eam soluto matrimonio, proculdubio confiscatur, & est communis opinio, ut attestatur Nellus de bannit. in 1. parte secundi temporis, q. 28. quem refert Aug. ad Ang. de malef. in verbo. Et eius bona, sub numer. 29. Constante autem matrimonio, bona vxoris non publicantur, nisi in quinque casibus. Et ita tenent communiter Doct. ut dicit Anton. Gomez. super l. 78. Tauri, nu. 1. & est text. in l. quinque legib. ff. de bonis damnat. Et in illis casibus sim. cum alijs eius bonis etiam ipsa confiscatur. Et ita communiter tenetur, ut dicit Nell. in loco præall. quem refert Boss. in tit. de bon. publ. 7. part. 1. spec. uerf. in super aduerte, & si maritus condemnatus post condemnationem uult restituere uxori dotem, uel dare in solutum certa prædia pro eius dote, potest, ut per Bal. consil. 40. incip. maritus, uol. 1.

66 Item adde, quod similiter potest repetere donationē ante reatum à iure sibi factā, & si esset nulla, eo mortuo confirmatur, & uxori, & non fisco pertinet, maximè donatio, que fit propter nuptias, ut habetur in l. res uxoris, C. de donat. inter uir. & uxor. & ibi per Doctores. Et an fisco possit opponere uxori exceptionem dotis non numeratæ, & in quibus casibus, uide Afflic. in consil. Regni, incip. causas per in 5. notab. Plott. in d. consil. 130. nu. 13. inter consil. criminalia diuers. magnæ impress. vol. 1. Card. Alban. in consil. 8. Roland. in consil. 20. nu. 16. & consil. 74. num. 10. vol. 4.

68 Item adde, quod si mulier amittit dotem propter mortem mariti, applicatur hereditas viri. Alex. de Neuo, conf. 18. nu. 5. & Bertaz. conf. 83. nnn. 27.

69 Item adde, quod lata sententia contra vxorē, statim auferitur dos mariti, quamuis detur pro alimentanda vxore loā. Lopez in l. 78. nu. 2. & ibi nu. 3. dicit etiam, quod dos filie in praeiudicium patris publicari potest.

70 Item adde, facta publicatione bonorum vxoris, ex eo, quod mandauerit interficere maritum suum, an comprehendatur eius dos. Cephal. in conf. 204.

71 Et in hac materia, quando publicatur dos vxoris, an maritus possit agere, quod non sit publicanda in eius praeiudicium quo ad vsum fructum dotis; & an possit deducere lucrum tactum, vel partem; & nunquid possit excipere, vt non teneatur, nisi in quantum facere potest, vide Bonacoli. in extrauag. ad comm. opm. num. 61.

72 Item adde, quod confiscatus bonis mulieris, non comprehenditur vsum fructus in publicatione, Bald. & Salicet. in l. 1. C. de bon. liber. Alexand. in consil. 13. vlt. prima consideratione, columna quarta, versiculo videtur pro hoc, volumine primo, & Bald. in authent. quod locum, columna 2. C. si te cund. nupt. mulier. Paulus de Monte Pico in repet. §. Titian. 168. deleg. 2. Baiard.

73 *Publicatis autem bonis mariti.* Adde, quod si bona mariti fuissent publica propter hereditatem, si vxor sciuit illum fuisse hereticum, eo casu dos etiam esset confiscata, & eam vxor petere non posset, c. decreuit de heret. in 6. & Cassan. in consuet. Burgund. rubr. 1. §. nu. 35. fol. 357. quod tamen intellige, quando matrimonium, sciens enim esse hereticum contraxit, secus si nesciens: quia tunc dotem non perdit: si vero ipsa esset heretica, illam amitteret. Ita tradit Dec. in tract. crimin. tom. 1. lib. 5. cap. 45. num. 50.

74 Item adde, quod publicatus bonis mariti, non solum dos regulariter non publicatur, nec etiam donatio causa mortis facta vxori, licet pet bannum non adimatur licentia marito eam reuocandi. Plott. in dicto conf. 130. nnn. 25. inter consil. 77 crimin. diuers. & ibi, num. 48. habetur etiam, quod datum vxori constante matrimonio de donatione propter nuptias, vel etiam donatione inter vivos, vel causa mortis, non publicatur, etiam quod statutum annullaret omnes donationes per maritos vxoribus factas, vide etiam Marfil. singul. 316. Et de praedictis, vide etiam Ioan. Lup. in repet. rubr. de donation. §. 76. numero vigesimo quarto. Cassan. in consuetud. Burgund. rub. 2. §. 2. ad fin. & Couar. var. resolut. lib. 2. cap. 8. numer. 7. versic. sic delinquente filio, ubi dicit, quod crimen mariti non publicatur, quia ex acquisitis matrimonio constante ad vxorem pertinent.

75 Item adde, quod vxori repetenti dotem bonis mariti confiscatis, dos debet solui per officiales fisci summarie, sine libello, & sine iudicio, & sententia dotali: ita Bartol. communiter approbatus in l. res §. res autem, ff. de iure fisci. Paulus de Castro, & Alexander in l. si maritus, ff. soluto matrim. Becc. consilio 198. numero primo, & Mazzar. in consilio 48. numero quinto.

76 Item adde, quod vxor, licet habeat bona mariti obligata per dotem, tamen pro restitutione dotis non poterit impedire eorum publicationem, & incorporationem, cum ipsa non habeat dominium illorum, nec possessionem, sed debet agere contra fiscum ad dotem suam, & eam recipere a manu fisci, vt notant Bartolus, Alexander. & Angelus in dicta lege si maritus, ff. solut. matrim. & Afflictus in constitutione iurigen. 80. in 1. 2. notab. subdit tamen ibi Angelus, quod si mulier inheret possessioni bonorum mariti sibi pro dote obligatorum,

posset ipsa talem captionem impedire, & idem ibi tenet Alexan. & Cassan. in consuetud. Burgund. rubr. 2. §. 2. numero 4. fol. 378. Vide etiam Kolan. in consil. 31. num. 39. vol. 1. & hoc procedit siue dos consistat in pecunia, siue in specie; & similiter procedit in donatione ante nuptias, quod poterit vt retentione, si possessio ni inheret, iuxta tradita per Mazzarol. in consil. 48. fallit etiam, si res esset propria vxoris detenta tamen per virum: quia tunc publicatis bonis mariti, poterit ingerere manus propria auctoritate, occupetur per Fiscum, & idem debet cauta vxor, vt non expectet auctoritatem Iudicis, praecipua re bona sua, quantumcumque per virum detineantur: ita tradit Angel. in l. si quis, Cod. de damnat. quem refert, & sequitur Aug. ad Aret. in verb. & lit quoque; si bona mariti deberent deuastari, quia tunc de iure vxor habens expressam, vel tacitam hypotheam potest impedire, ne deuastentur. Paris de Puteo in tract. de synd. in verb. publicatio bonorum, quod tamen de facto non feruatur, vt affirmat Alber. de Roi. in 3. part. statut. in q. 7. dicens, quod bona deuastantur, & fisco satisfaciunt vxori, & alijs creditoribus, quem refert, & sequitur Aug. ad Aret. in loco supra citat. & Capyc. in dicta dec. 130. nnn. 73. & idem tenet loā. Ant. de Nigris super cap. Regni, in cap. 233. numer. octauo, ubi impugnat Paris. supra citatum; & quod vxor de iure possit impetire deuastationem, sed quod de consuetudine contrarium feruatur, tenuit etiam Gigas in tractatu de crim. laesa Maestatis, libro 2. de penis commit. quaestione 36. nisi domus destruenda esset, fundus dotalis ipsius vxoris, quia nunc non posset destrui, nam proprie non diceretur esse in bonis mariti, vt ibi plenē per eum.

77 Item adde, an, & quando dos confiscata exigi possit contra fiscum, Plott. in consilio 130. numero 51. inter consil. crimin. diuers. & de hoc vide etiam Mazzar. in consil. 48. per totum, & Bottam in consil. 23. ubi late hanc quaestionem tractauit, & tenuit contra fiscum.

78 Item adde, quod forma restitutio dotis fieri possit, vt fiscus sit securus, ne unquam occasione dorum patiatur molestiam, vide Socin. in consil. 55. volum. 2.

79 Item adde, quod vxor potest consequi contra fiscum quartam bonorum mariti sibi uxori debitam propter inopiam, quando est indotata, iuxta beneficium authent. praeterea, Cod. unde vir. & uxor. Socin. conf. 121. column. 4. uolum. & Mazzol. in consilio 48. numero 12. & Plott. in dicto conf. 130. numer. 41. cum sequet. sed hoc nunquam praestari videtur, & credo, quod non posset obtineri a fisco propter eius voragine, cum sit factus sine conscientia, qui imburat omnia male acquisita, Guid. Pap. dec. 259. num. 2.

80 Item adde, quod publicatis bonis mariti, & uxore comparente cum instrumento dotali, & petente dotem, alimenta sibi sunt praestanda, donec fuerit iudicatum, ut per Boss. in tit. de aliment. vxor. praestand. col. 1. sed hoc nunquam vidi obseruari, immo uxores cum maximo labore, & dispendio possunt recuperare eorum dotes, quando bona sunt apud fiscum. Baiard.

*Quia sententia, qua feruntur per hunc magistratum.* Super hoc vide text. in cap. in causis extra de sentent. & re iudic. & de sententijs Senatus, supra quaest. 44. versic. Dixi, quod de iure communi q. 38. versic. vidi aliquando ad med. q. 58. versic. sed quid si nullus; q. 63. versic. pen. in fin. est autē haec auctoritas Senatus conformis iuri communi, ut est text. in l. Jul. ad fin. ff. de legat. 2. & de reuisione sup. quaest. 57. in princ. vide quid de sententijs Senatus, & Senatorum dixi (supr. ad quaest. 60. uel pariter, & in quan-

quantum hic loquitur de reuisione, adde Menoch d. tractat. de arb. iud. lib. 1. quaest. 53. num. 13. & 16. Ideoque cum talis auctoritas sit conformis iuri communi passim limitari potest Decr. Med. emanatum de anno 1582. 17. Apr. & de quo mentionem feci sup. Quo disponitur per haec verba *Che si guardi precisamente la giustitia*, 16 Solet etiam sepe dubitari, nunquid in confiscatione bonorum veniant bona alienata per ipsam delinquentem ante confiscationem. Scias igitur in hoc articulo esse distinctionem: Nam, aut alienatio facta est a delinquente ante crimen commissum: & in hoc casu si nulla subsit suspicio fraudis, talis alienatio valet, & tenet, licet postea delinquant & contra eum sequatur sententia condemnatoria; si vero appareat fraus verē, & praesumptiue, valet quidem alienatio, sed a fisco postea reuocatur. Et haec est comm. opi. vt dicit Picus in l. post contractum nu. 11. ff. de donat. quem refert Bos. in ti. de bono publi. post nu. 43. Tenetur tamen eo casu fisco emptori pretium restituere. Et haec est comm. opi. vt dicit Picus in loco praedictato, quem refert Boss. in tit. praell. post n. 45. in l. expressa nocent numero secundo ff. de reg. iur. In quantum hic dicitur dotem mulieris non confiscari, etiam si ipsa sequatur maritum de rebellionem condemnatum, infer ad ea, quae dixit infra, quaestione 82. stat. 2. versiculo. Item quaero, ex quo dat ut intelligi, quod Principes, qui in contrarium statuunt, male faciunt, prout in contrarium Tyrannos statuunt; & leges Tyrannorum fuisse docet App. Alexan. lib. 1. Ciuilium bellorum per haec uerba uidebet. In delictorum numero Hospitalitates, & amicitiae, & collationes vel dantis, vel recipientis ponebantur, vel si quis promptitudinis alienius, aut contubernij in itinere deprehensus extitisset: quae omnia circa diuites asperius etiam exigebantur. Quando autem publicatis bonis mariti publicetur etiam Dos, vide Campeg de Dote q. 217. & 218. p. 3. Drog.

*Solet etiam sepe dubitari.* Farin. d. q. 25. nu. 119. Ros. *Si vero appareat fraus.* Adde, quod uendens bona in fraudem fisci, vt euaderet penam, ea repetere non potest. Bart. in l. iusturandum, quod ex conuentione §. fin. ff. de iure iur. Afflict. in cap. Imperialem 13. notab. num. 36. de prohib. feud. alienat.

90 Item adde, quod emptores, siue donatarij non tenentur ad restituendum bona sibi uendita, siue donata per eum, qui in contumaciam condemnatus fuit, licet de crimine laesa Maestatis condemnatus fuisset, etiam quod Princeps asseruisset illum commississe delictum, & etiam quod statutum bona condemnati in contumaciam ipso iure publicaret, sed requiruntur plene probationes, quod deliquerit: ita tradit Decian. in consil. 410. & Plott. in d. consil. 130. numer. 71. & 76. inter consil. crimin. diuers. tomo 1.

91 Item adde, quod donatio causa mortis secuto crimine Iul. Clar. Sentent. Pract. Crim.

ne, etiam non probata fraude, reuocatur. I. si aliquis fidei donat. caus. mort. & Peguer. in q. crim. c. 49. nu. 9. Baiard.

*Tenetur tamen eo casu fisco.* Notandum ergo ab emptoribus rerum alienatarum in fraudem fisci; Tenetur namque fisco ad pretium ut hies quod limita, nisi fraus etiam apparet ex parte emptoris arg. eorum, quae dixit infra q. 79. versic. quando haeres. Drog.

*Fraus autem.* Peregr. de iure fisci lib. 5. cap. 1. de bonorum publicatione num. 152. & seq. Farin. d. num. 133. & seq. Ros.

*Fraus autem.* Adde quibus coniecturis probetur huiusmodi fraus, late per Bero. consil. 366. numer. 2. volum. 1. consil. 147. num. 28. volum. 2. & consil. 212. num. 4. volum. 3. Nat. consil. 162. & 213. Roland. consil. 40. volum. 2. Rimin. iun. consil. 62. Menoch. consil. 109. Gabriel. consil. 74. Decian. consil. 105. & 68. volum. 2. & consil. 2. volum. 1. Mascar. de prob. in verb. contractus, & in verb. donatio, sed uide omnino tradita per Menoc. de praesumpt. li. 3. praesumptio 124. & Peregrin. de iure fisci lib. 5. titulo 1. numer. 156. cum multis sequent. & Peguer. in quaest. crimin. capitulo 50. & sufficienti duae praesumptiones, sed tenentur arbitrio Iudicis, an contractus sit simulatus, secundum Paris. consil. 54. num. 22. volum. 1. Crauet. d. consilio 156. nu. 14. Bertaz. conf. 447. num. 21. Baiard.

*Ex intervallo secutum fuerit.* Adde supra quaest. 36. versic. sed in hoc proposito ad med. & in materia reuocationis rerum, in fraudem alienatarum, Ias. in §. Item si quis el. 1. numero 62. cum sequent. Instit. de act. late Boer. in addit. ad Dyn. in reg. Beneficium sub numero 27. litera B. de reg. iur. in 6. & omnes istos casus uide Decian. considerantem, (vt ipse ait calcando vestigia, Bart.) in consil. 274. Crauet. late considerantem in casu confessatae Dotis etiam respectu priorum hereditatum consil. 40. per totum. Drog.

*Vel si tempore alienationis.* Adde, quod contractus potest praesumi simulatus, etiam quod quis habeat pacem cum inimicis suis, secundum Bal. in consil. 70. nu. 1. uol. 1. quem sequitur Bertaz. in d. consil. 447. nu. 24. Baiard.

*Vel si post alienationem.* Adde, quod idem tenet Bero. 94 in consil. 170. nu. 2. uol. 1. ubi ipse etiam attestat de communi, & postea declarat nu. 5. sed de hac praesumptione uide omnino Mascar. de probat. concl. 439. B.

*Pariter etiam si alienatio.* Adde, quod contractus clam dicitur factus, cum ad notitiam eius, cuius interstet, venire non potest. Bertaz. in dicto consil. 447. numero 20. & ibi dicit, quod etiam, contractum esse clandestinum, quando fuit factus coram Iudice, & consanguineis, si Notatio, est impositum, vt nihil proaleat. Baiard.

*Vel si delictum incontinenti.* Adde, quod videndum Bertaz. in d. consil. 447. nu. 21. vol. 2. Baiard.